

**4981** Arci in area propugnaeuli FRANCO. 'Inventa sub ruinis aquarum Varronis, qui est torrens exiguus praetutiae Ripensis; locutus sum cum parocho illius ecclesiae, in cuius sacristia asservatur inscriptio, et credo eundem mihi permissurum murum rumpi, ut integra haberi possit, quam cum aliis mittam' STAUARIUS TRIDENTINUS AD ROSCHMANNUM a. 1734. Olim in via publica inter Arcum et Ripam ad Varronem amnem ligneam crucem sustinens SPERGES APUD CRESSER. Ex dono Pantaleonis Borzii canonici Tridentini illata in museum Veronense, ubi est sub n. 548. — Repertam ait inter Limone et Tremosine LABUS temere.

SEX · NIGIDIUS  
FAB · PRIMVS · AE  
DIL · BRIX · DECVR  
HONORE · GRAT · D · D  
5 EX · POSTVLATION · PLEB  
ARAM · BERGIMO · RESTIT

Contuli. Franco ms. p. 99 (inde Todeschini p. 105 male); Hier. Tartarotti ex schedis fratris misit Muratorio Rovereto 11 Jun. 1737 (inde Mur. ed. 97, 4); Maffei in epistula (ms. in bibl. cap. Veron.) scr. d. 2 Jun. 1748 et M. V. 89, 6 (inde Orelli 1971); Roschmann ms. Rip. et Arc. n. 5 cum a statuarii Tridentino accepit descriptam a. 1734 tum a Thunio (inde Roschmann fil. *Gesch. von Tirol* 1, 78); Cresseri ms. n. 34 usus Sporgesii schedis; Gnocchi ms. p. 134 (inde Donat. 51, 12); Compagni *valli Trompia e Sabbia* (1805) p. 331; Labus *sulla tribù e sui decurioni* (1813) p. 15, ubi aere expressit, et marmi *Bresc.* p. 120 n. 189; Tiboni Tremosine (1859) p. 64.

Inscriptionem hanc ex vetusto lapide evanescentibus litteris in alium transcriptam esse auctor est apud Mur. Tartarottius (*in lapida recente trascritta da altra lapida antica e logora*); titulus tamen hodie prostans Veronae recte scriptus est nec suspicionem movet. — Conferendi sunt tituli in ipsa urbe Brixia eidem numini dedicati n. 4200, 4201, 4202.

**4983** Rivae rep. m. Dec. 1809 8 ped. sub terra in aedibus Zoina, nunc Monte Brioni prope Rivam in aedibus Meneghelli SUPPL. ROSCHM. et similiter STOFFELLA. Trovata avanti tre quattro anni da un certo Teodoro Chiste di Riva nella contrada Virginia casa n. 44 scavandosi una cantina alla profondità di un uomo, ora dai fratelli Meneghelli al casino di S. Nicolo fuori di Riva MICHELOTTI. Nunc in curia.

IVNONI  
REGINAE  
LVCVLENA  
TATIAS  
5 V·S·L·M

Contuli. Exhibit et supplementa Roschmanniana et Michelotti (cod. bibl. Dipaul. n. 980) et Stoffella ms. (a. 1824) p. 1 et Brunati in schedis ms. Athenaei Brixiani; edidit Zotti *marmorea pagina* p. 6.

Apices qui visuntur alicubi in lapide postea videntur adiecti esse casu.

**4984** in vico Clarani (Chiarano) in aede S. Antonii FRANCO. Frustra quaesivit SPERGES.

I · O · M  
TIB · CLAVDIUS  
PRIM · LVCR  
5 V · S · L · M

Franco ms. p. 89 (inde Roschmann ms. Rip. et Arc. n. 4 et Todeschini p. 106).

2 CLAVDIUS Roschm., CLAVD Tod., CLAV Franei codex mihi visus. — 3 PRIMI · L · ACRO vel PRIMIGENIVS vel tale quid latet.

**4982** Arci ex castello illata in aedes Franc. Xav. Marcobruni ad forum ROSCHM. HORM.

TVTELAE · AVG  
SEX · NIGIDIUS · FAB  
PRIMVS · IVNIOR  
DECVRIO · BRIX  
5 V · S · L · L · M

Franco ms. p. 99; Hier. Tartarotti in ep. servata inter Muratoriana d. 11 Jun. 1737 (inde Mur. ed. 103, 9) et ex schedis eiusdem Gnesotti p. 260; Roschmann ms. Rip. et Arc. n. 6, qui habuit a Thunio et Bartholomaeo, item ex codice Franci; Cresseri ms. n. 31 a Sporgesio; Hormayr *Archiv* 1815 p. 246, auctorem citans praepositum Santoni. A prioribus Labus *marm. Bresc.* p. 121 n. 161.

1 TVTELL AVG Gnes. — 2 SEXT Roschm. — TAB Tartar. ap. Mur. — 3 PRIM Gnes. Horm. — 5 VSLL Roschm., VSLL Cress., VSLL reliqui.

**4985** lapis rep. a. 1757 ad pedem montis Brionii in agro Arcensi CRESS. GNES. Nunc Rivae in hospitali GNES. Hodie desideratur.

MATRI · DEVVM  
NVMISIVS · HER mes ..  
NVMISIAE · TYCHES et  
NVMISI · PRIMI · HERM  
5 FANVM · AMPLIAVI

Cresseri ms. n. 33 a Sporgesio; Gnesotti p. 262 ex schedis Tartarotti; supplementa adscripta Roschmanno.

Fracturam signavi ex conjectura. — 3 TVCHES Gnes. et suppl. Roschm. — 4 N NVMISI PRIM FERIVL Cress. — 5 AMPLIAVIT Gnes. et suppl. Roschm.

**4986** Arci in foro FRANCO. Frustra indagavit SPERGES.

VICTORIAE  
AVGVSTAE · SACR  
1 · AEMILIUS · SP · F · FAVSTVS  
1 · AEMILIUS · L · ET · Sp · LIB  
5 PRIMVS

Franco ms. p. 100 (inde Roschmann ms. Rip. et Arc. n. 8; Todeschini p. 106).

3. 4 in. fractos dedi ego. — 3 F om. Tod. — FAVTVS Franci codex quem vidi. — 4 SP · LIB] SILII traditur (SILIVS Roschm.).

**4987** Rivae in curia.

M · MVTELLIVS  
M · F · FAB  
LEG · X · T · F · I

Contuli. Ed. Zotti *una marmorea pagina* (1863) p. 8.

**4988** lapis magnus. Rivae in curia.

1111A1111  
FAB · PRIMVS  
VET · LEG · XXII

Contuli. Ed. Zotti *una marmorea pagina* (1863) p. 7.

V. 1 fuit ad hoc exemplum L · STAIVS · L · F vel similiter.

**4989** Bolognani rep. ad aedem divi Floriani FRANCO. Ante Arcum in via, qua ad Franciscanos itur, 50 pass. ab oppido BARTHOLOM. Lapis pro deperdito habitus, donec a. 1757 denuo in lucem emergeret CRESSERI. *Ora a Riva nel cortile del Conte Leopoldo Dinacta IOLI* (1827). Nunc Tridenti apud Zanellam.

SEXTO · LAELIO  
PRIMIGENIO  
VI · VIR · AVG  
ET · LAELIAE  
5 RESTITVTAE  
LAELIA · PRISCILLA  
PARENTIBVS  
PIENTISSIMIS

Descripsi. Exhibit Ambros. Franco ms. p. 79 satis bene (inde Roschmann ms. Ripa et Arc. n. 10; Cresseri ms. n. 32 per Sporgesium; Todeschini p. 106); Mur. 200, 5, cui misit Iac. Tarattus, male; Bartholomaeus, qui descripsit, apud Roschmannum (ms. Rip. et Arc. n. 9) pesime; Ioli Brixianus, qui vidit 9 Ian. 1827, in collectaneis ms.